X. Quod si dicatur dies istos angelicos non numerari penes plures cogitationes Angelorum neque intra, neque extra Verbum, sed penes diversam cogitationem in eadem cogitatione, et haec plura cogita fuerint illa sex opera Dei facta in illo primo die. Contra est, primo quia in illa prima die non fuerint sex opera illa in actu, sed tantum quatuor, scilicet quae usque ad quartum diem narrantur. Reliqua, ut productio plantarum, et animalium iuxta istam sententiam solum in potentia tunc fuerint, ergo non poterunt esse actu cognita, ergo neque sex dies tunc distincti in cogitatione angelica. Secundo, quia si fuerint solum plura, ut res cognitae in illa unica cogitatione, utique solum fuerint plura cognita, ut objecta materialia, ratio enim formalis debuit esse una, si cognitio erat una. Sic autem multo plura fuerint objecta cognita, quam sex nec est ulla ratio cur solum ad sex restringatur. Nam in coelo sunt decem sphaerae, et in illis tot astrae, et plantae species diversae, est etiam coelum empyreum, et in hoc mundo quatuor elementa, et in illis tot opera facta a Deo, ut firmamentum in aere, discooperitio terrae, congregatio aquarum, germinatio plantarum, et herbarum in quibus infinitae species sunt, sine hoc fuerit tunc per germinatorem in actu, sive per collationem virtutis ad germinandum; et similiter opera facta in quinto, et sexto die, haec est omnia materialia objecta, et res ita distinctae, cur dicantur solum efficere sex dies, id est, sex representationes ex parte rerum cognitarum, cum res cognitae sint multo plura? An quia Deus tamquam sex distincta opera fecit? Sed hoc est, quod iniquitas quomodo sint sex, cum plura sint facta a Deo. Unde ergo et quo fundamento dicitur omnia illa objecta solum in sex partes, seu in sex objecta cognita esse diversa a conceptionis, et cogitationibus angelicis. Et hoc in quo

767-768-768  
QUESTIO LXXIV.

Angelo? Quia unus plus dividit, et multiplicat conceptus, alius plus unit. Itaque totum hoc facitur ad incertum.

XI. Fundamenta opposita sunt. Primum, quia Ecclesiastici XVIII, dicitur: Qui vivit in aeternum creavit omnia simul.

Itaque non successiva, ergo non per dies. Et ita locus iste cogit explicare loca Genesis secundum aliquam metaphoram. Nec potest dici loqui Scripturam de creatione pro opere creationis rigorose sumpto, quo creavit coelum et terram, sic enim falso exponeret ly omnia absolute, et sine restrictione, nec enim omnia tunc creata sunt, sed solum coelum et terra, et elementa, reliqua non sunt illa creatione facta. Secundo, quia in capite secundo Genesis ubi fit recapitulatio (787) omnium, quae dicta sunt primo capite dicitur: Istae sunt generationes coeli et terrae in die qua creavit Dominus coelum et terram, et omne virgultum aeri, praequam germinaret. Ex quo loco colligit Augustinus utramque partem suae sententiae. Primum, quia dicit: In die qua creavit coelum et terram, et omne virgultum, ergo illa omnia portinuerunt ad unum diem, ergo non fuerint plura. Secundo, quia dicit quod creavit virgultum antequam germinaret, ergo non est productum in actu, sed in virtute, et potentia, quia antequam germinaret non erat actu. Tertio, impossibile est, quod Deus consumeret integram diem in producendis plantis, et volatilibus, in formandis huminibus, in discooperienda terra, etc. nam quolibet istorum operum faciebat in instanti, nam solum dicendo faciebat: Dixit enim et facta sunt, dicere autem Dei est instantaneum. Ergo praeter unum instans, toto reliquo tempore illius diei erat Deus odiosus, quia non faciebat aliud opus usque ad aliud instans alterius diei. Hoc autem est omnino superfluum, quia si de uno die solum occuparet unum instans, et reliquum diei vacaret, ad quid dicitur quod successiva per plures dies faciebat, sed plurius instantibus discretis, et multo conventius est, totum reducere ad unum diem, vel unum instans, et non plures dies progredi solum de quolibet summo uno instans. Quarto, quia si dixerintur primi sex dies, quia Deus in quolibet eorum uno instanti operabatur, et reliquo tempore vacabat, ergo non potuerit septimus dies ab illis distingui, quia

in septimo die nullo instanti operatus est, et sic nec dies illa, seu duratio illius diei est facta, quia non fit tempus, seu dies, nisi faciundo rem talis durationis, et temporis. Si autem nullam rem facit, nec diem facit. Si autem intelligitur, quod fecit tunc id quod pertinet ad propagationem, hoc non pertinet ad unum instans, neque ad solum septimum diem, sed ad totum tempus usque nunc, quomodo ergo in illo opere sumitur septimus dies determinate tantum? Quinto, virtus Dei maxime ostenditur potens, et summa, quanto breviori tempore plura operatur, ergo dividere non debuit sic successive opera sua. Hoc id exigebat ostensio suae sapientiae, quia sapientia ostenditur in ordine multarum rerum, et non plurium actionum. Quia enim sapientiae ostenditur in hoc quod hodie uno instanti operetur laetae, vel illas res, et reliquum tempus diei vacando, altero die iterum, alio instanti plures alias res faciat? Cum maxime ostendatur sapientia in eo, quod ea quae facit inter se ordinata relinquatur, etiam si unica actione fiant, quia sapientis est ordine.

XII. Ad primum respondetur quod in illo loco Ecclesiastici illud verbum simul potest intelligi, vel de similitate continuationis, ita quod solum opponatur interruptioni, et est sensus sine ulla interruptione, seu una vice creavit omnia, vel potest intelligi de similitate egregationis, ita quod non construat cum ly creavit, sed cum ly omnia, ut sit sensus haec omnia simul, seu totum hoc egregationem creavit ille qui vivit in aeternum, quia nihil est in omnibus his simul sumptis, et in toto egregatione quod ab alio principio processerit. Vel potest intelligi de similitate durationis, quia scilicet omnia unica duratione, vel instanti productis. Aut denique de similitate actionis, qui omnia simul, non dispersa, sed adunata, et inter se concatenata creavit; et sic iterum ly simul non continetur cum ly creavit, sed cum ly omnia, ita quod fecit omnia esse simul, id est, adunata, et conjuncta in hoc (788) in unum, unum cum alio vinculum, et conjunctionem. Omnes istae expositiones videntur probabiles, et sine violentia possunt accommodari litterae. Et nulla illarum (praeter tertiam) postulat ut in uno instanti, seu uno die producantur omnia, sed una vice, una sessione, quae potuit aliquam duratio-



nam habere juxta bonae placitum Dei.  
Tertia vero expostitio legitur de simi-  
litate dimensionis, et traditur a D. Thomas  
hic articulo II ad II. Nec obstat illud  
verbum omnia, cum dicitur quod creavit  
omnia, quia etiam verificatur omnia esse  
creata, quando factum est coelum, et ter-  
ram per creationem, scilicet in sua mate-  
ria elementari, aut formabili ex qua pos-  
sunt processerunt in aeth. Omnia ergo,  
quae ex nihilo creata sunt, simul, id  
est, in instanti primo facta sunt.

XIII. Ad secundum respondetur nunciam per tam illius sententiae sequi et illis verbis. Non priam, quia textus Scripturae sic dicit : Itae sunt generationes coeli et terrae quando creata sunt. In die, quo fecit Dominus Deus coelum et terram : et omne virgulum aeri antiquam oriebatur in terra, commoente herbam Regionis vnius quam germinaret. Ubi sunt tres clausulae. Prima resumit generatio- nes imper rectitae coeli, et terrae, quando creata sunt. Ubi ly quando desi- gnat durationem, seu tempus, quo res istae factae sunt, non vnus dies, aut vnus instantis, sed eo tempore, et illius diebus, qui etiam superioris capite primo sociati fiunt. Secunda clausula est :

11. *et terrae quando creatae sunt, non sunt  
tem ex comprehensis in illis verbis: In  
die quo fecit coelum, et terram, quis her-  
ba, et virgultum non sunt coelum, et ter-  
ra, sed generatio coeli, et terrae. Ergo  
melius construntur cum ly quando creata  
sunt quam cum ly in die quo fecit coelum,  
et terram. Si autem instanter quis velit  
quod etiam virgultum aegi considerandum  
est cum ly in die quo fecit coelum, ot-  
terram, tunc dicendum est cum p. Monae  
ad primum, quod in illo die facta est her-  
ba, et virgultum in potentia, et virtute,  
scilicet in illa re unde postea germina-  
vit, sed in actu in die tertia in qua  
ponitur et Scriptura, tunc enim fuit tem-  
pus totius generationis.*

XIV. Secunda etiam pars illius sententiae non probatur ex illis verbis, quae cum dicit: *Et omne virgultum agri priusquam oriretur in terra, non intellegitur quod fecit Deus omne (789) virgultum priusquam oriretur absolute, et in actu, sed priusquam oriretur modo conseto, quo oritur et pullulare solet in terra. Unde non dicitur priusquam oriretur de terra, sed priusquam oriretur in terra. Id est, eo modo, quo solet oriri in terra.*

XV. Ad tertium dicimus Deum faciesse omnia dicto suo, et actione instantaneam, et indivisibilem, in eo æterna ex parte Dei, sed successiva, et temporalis ex parte rerum facturum magis vel minus brevi tempore, aut aliquando etiam instanti in eodem die, prout septiesima divina disponebat. Nunciam enim divinam quod ex se est instantaneam, non ponit res a se factas in instanti, sed procedebat ab illo dicto pro tempore, juxta mensuram divinæ sapientiæ, sicut etiam modo in hoc tempore gubernat ea quæ fiunt successive: et pro diversis temporibus eodem dicto, et imperio suo, quod est instantaneum ex parte sua. Unde non vacabat, nec erat otiosus Deus reliquo tempore unius diei, quo aliquid opæ faciebatur, quia illud dictum, et imperium Dei comprehendebat totum tempus illius diei, ut in eo successive fierent opæ, quæ fieri volebat: sicut cum quinta die dixit Deus: Producent aquæ reptile, et volatile, intelligendum est quod illud dictum imperabat ut tota illa die obulliret piscis, et aves ex aqua, modo testis, modo illi: et cum die quarta dixit ut fierent luminaria in coelo, dictum illud comprehendit totam diem, et in illa omnes rebus et aspectus side-

rum, et planetarum disponerentur, sicque determinarentur eorum virtutes. Beati ne verum est quod in exitu die formatorum Adam, et Evee poverunt esse instantaneum, propter rationes supra allegatas, et formatio animalium non fuit per totum diem illud, sed summa manu brevi aliquo tempore, aut paucis horis, eo quod illa die multa operaretur faceret, quia reliquum tempus occuparent, et ita imperium Dei determinabit, quod in illo die hoc operasset in instanti, illud in brevi tempore, aliud in alio.

XVI. Ad quæcumque dicitur septimum dicitur non distincti ad alia penes opera de novo facta in ipsa, sed penes administrationem, et gubernationem operum jam factorum, quæ exinde administrantur per opus dædæ usque ad finem mundi. Nec dicitur distincti distinguuntur ratione operum in eis faciendorum, sed ipso motu coeli, et solaris dædæ distinguuntur, et plurificemur.

XVII. Et per se, tam sex primi, quam sex septimi. In his vero sex distinctis facta sunt diversa opera, vel de novo incipiendo ex primis dædæ, vel administrationem creaturæ incipiendo sicut in sequenti.

XVII. Ad quintum respondebunt, quod vi-  
tiosi tanto ostenditur maior, quanto bre-  
vior tempore potest facere plura potest  
tate quasi in eodem primo, sed tanto osten-  
ditur expensior, quanto in actu secundum  
convenientiam disponat in multis modum  
operandi, et unicuique naturae, et rei  
claudere se accommodat, ite quod ex par-  
tibus faciat quaedam facit in instanti  
quodam successivo, quodam breviori to-  
poro, quodam longiori. Et sic fuit in  
praesenti, quod crevit ex nihilo colum-  
ba et torum in instanti, oliventa distinxit  
et ornavit successivo, et quodam integro  
dilo, quodam breviori tempore fecit, et  
Ordo autem expensitas non solum ostenditur  
in ipso ordine, qui in facto esse co-  
servatur in rebus jam factis, sed in ip-  
sorum productionis modo, et dispositione  
faciendi, ut non mixte, aut continue fiat  
sed ordinate, et procedendo de imperfec-  
to ad perfectum, juxta (790) quod istae natu-  
rae postulant, et eorum etiam limitatio  
et dependentiam in hoc ostendendo.

XVIII. Ex hoc autem manent exclusae  
aliae sententiae, quae concordantes cum

QUAESTIO LXXIV

789-790

Augustino in hoc quod omnia illa sunt producta a Deo una die, modum tamen et rationem, quare aliquid sex dies non referunt ad distinctas cognitiones angelicas, sed ad diversas res cogitatas; sed vel ad ipsam ordinationem sex praeordinatum perfectionum universi, quae ita sunt ordinatae, et gradatulae inter se, sicut diversi, et successively dies ordinantur, et perinde ac si diversi diebus ordinantur, vel quod isti dies concomitantur solum se habebant in productione istorum operum quasi producto tali opere aliquid, et simul factum est vespere, et mane talis dies quartus, vel quintus, etc. Quae est explicatio Cassiani. Vel etiam ut alii dicunt sicut Gano super istum articulum quod locutio sex dierum debet intelligi conditionato, id est, quod si Deus ad inter humanorum artificum operaretur, sex diebus hoc unum verum faceret, sicut dictum quod inter flumina flumina fecit tempus, et punctum flumina flumina, id est, si posset fluere faceret lineam, ad tempus.

XIX. Sed explicationes istae fundamēto carent. Nam in primis totum hoc aliam est a sermone historico, quo nobis traditur narratio institutionis et creationis huius universi. ad quid enim deservit omni-fero veritatem ipsam hieologiam, et non dico quod totum hoc fiat factum una die, si vere ita fuit, et tradere nobis hanc historiam per quasdam comparationes, et allegorias et proportionēs, quod non totaliter reddit obscuram, et nihil certi tradit? Et dādo si dicitur totum hoc universum creatum sex diebus: quia ordinatio perfectioque ejus sic est ordinata sicut sex dies successivi: etiam poterit dici sex horis, aut sex minutis, aut sex mensibus vel annis facta, quia in typologia, qua perfectiones istae gradatæ sunt, cum his omnibus proportionibus habent, quia etiam ordinato sunt omnia ista successiva, nec est maior ratio quod illa ordinatio perfectioque computetur in proportionē cum sex horis vel sex annis, quam cum sex diebus. Dicere autem quod illud tempus diei, quod ponit Scriptura, solum concomitantiter se habet cum operibus factis, est impossibile, quia illa opera pertinent ad hunc modum visibilem, et maxime ad hae interiora, et illud tempus est erat revolutio coeli spatio viginti quatuor horarum, ergo regnabit solum concomitantior respicere illa, et non regulative, quia natura eae sunt subiecta illi

met maxime ad haec inferiora, et illud tem-  
pus erat revolutio coeli spatio vigeinti  
quatuor horarum, ergo repugnât solum con-  
stantiter respicere illa, et non regula-  
tive, quia natura sua sunt subiecta illi

motui ut regulae. Illa autem conditio-  
nalis m. Cano etiam nihil certi nobis  
tradit, nam sicut dicitur quod si Deus  
more artificum humanorum faceret, sex  
diebus faceret, etiam posset dici, quod  
sex annis, et plusquam sexcentis, quia  
more humanorum artificum non dico sex di-  
ebus, sed neque sex, aut sexcentis annis  
posset tanta machina rerum fieri. Quare  
ergo magis dicitur mundus factus sex die-  
bus, quam sex vel sexaginta annis, cum  
tam bene possit fieri illa conditionalis  
pro sex annis, quam pro sex horis, et  
pro multo pluribus? Et unde habetur  
quod si more humanorum artificum Deus o-  
peraretur, solum sex diebus totum hoc fa-  
ceret, non pluribus? Et si Deus fecit  
omnia mixta de facto, et in actu per u-  
num diem integrum qui constat viginti  
quatuor horis, cur non per sex dies ve-  
ros, cum respectu Dei tantam habeat dif-  
ficultatem dicere, quod fecit per sex  
dies vel per sex, aut viginti horas, si  
semel successive operatus est? (791)

CIRCUMSTANTIAE ALIQUAE IN HAC UNIVERSI  
PRODUCTIONE A SCRIPTURA OBSERVATAE  
EXPLICANTUR.

XX. Ex multis paucas attingemus quia  
non expositive, sed scholastice rem hanc  
tractamus; et ideo, quae solum ad contro-  
versiam scholasticam trahi possunt, ex-  
plicabimus.

Primo igitur occurrit illa circumstan-  
tia, quod dicitur: In principio creasse  
Deum coelum et terram, omissis ex parte  
mundi elementalis tribus elementis, igne,  
aere, et aqua: ex parte coelestis, nul-  
la in speciali sphaera explicata, sed so-  
lum generico nomine coeli: omissa etiam  
omni productione spiritualium substantia-  
rum, seu Angelorum, de quibus tanta men-  
tio postea habenda erat in Scriptura:  
illud etiam in principio non significa-  
tur, an sit in principio temporis, an in  
principio agente, scilicet in Filio per  
quem facta sunt omnia, et si est in prin-  
cipio temporis, non potest stare, tum  
quia illud principium non fuit instans,  
quia non fuit mutatum esse; tum quia im-  
mediate post non incipit motus, quia non  
incoepit dies, nec enim erat lux; ergo  
non bene illa explicantur.

XXI. Respondetur, in primis excluden-  
dum esse errorem eorum Philosophorum vel

ethnicorum, qui putabant aquam non esse  
factam, et esse quasi materiam coaevam  
ipsi Deo, qua ratione fingeant deos ju-  
rare per aquam stygiae paludis, quia erat  
aqua illa omnibus rebus antiquior. Quod  
si inde vellet hic error firmari, quia in  
hoc capite primo non dicitur creata aqua,  
convincitur ex alio loco Scripturae Ju-  
dith IX, ubi dicitur: Deus coelorum  
creator aquarum: convincitur etiam ex  
eo quod aqua subjicitur operationi divi-  
nae, et imperio ejus, ut cum divisit  
aquas ab aquis, et cum dixit ut congrega-  
rentur aquae in locum unum; unde dicitur  
Job XXVI: In fortitudine illius repente  
maria congregata sunt: non potest autem  
subjici imperio, et operationi Dei, quod  
non est creatura ejus, et ab eo dependet.  
Dicimus ergo Scripturam in opere creatio-  
nis solum numerasse extrema, summum et  
infimum, coelum et terram, ut intellige-  
remus etiam contenta inter coelum, et  
terram, quasi diceret quod creavit a coe-  
lo usque ad terram, et nihil intra haec  
duo extrema inter hoc infimum, et illud  
summum inveniri potest non creatum a Deo,  
et sic brevi compendio omnes partes uni-  
versi esse creatas significavit, dum ipsa  
principalia caeteras ambientia signifi-  
cat; quod etiam alibi expressit Scriptu-  
ra, quod hic compendio dixit, scilicet  
Esther XIII: Tu fecisti coelum, et ter-  
ram, et quidquid coeli ambitu continetur,  
insinuans nobis, quod coelum, et terra,  
non significantur simpliciter in Scriptu-  
ra, sed ut ambientia, seu contentiva alia-  
rum. Et cum postea, tam multa de aquis  
ex imperio Dei facienda, debet commemora-  
re Scriptura, non videtur fuisse necesse  
sigillatim de creatione aquae meminisse,  
sed sufficere exprimere imperium, et for-  
titudinem Dei super aquas ferri, ut ex  
illis faceret quod vellet; exinde enim  
colligi poterat, quod aqua erat ab eo fac-  
ta, quia ei subjecta. De aere et igne si-  
gillatim etiam mentionem non fecit, quia  
ista elementa minus visibilia nobis sunt,  
unde magis voluit esse inclusa quam ex-  
pressa in ista creatione. Sed tamen spe-  
cialiter aerem nobiliori vocabulo appella-  
vit, vocando ipsum coelum seu firmamentum  
coeli, tum quando dictum est: Fiat fir-  
mamentum in medio aquarum; tum in opere  
quintae diei, cum dicit: Et volatile su-  
per terram sub firmamento coeli. Unde  
cum de illo statim mentionem facturum  
erat sub (792) nomine firmamenti, non erat  
necesse in ipso opere creationis nominare.

set electum, quia puncta in potentia non habent determinationem secundum se et quatenus in potentia. Revera non sunt ibi puncta sed tantum potentia ut ~~fiant~~ fiant aliquâ determinatione. Unde electio alicujus puncti vel alicujus distantiae duplicem taxationem importat: unam quae facit punctum et distantiam quaedam in actu quoad substantiam continui, aliam quae ~~est~~ isti actui confert esse. Unde actus ille et potentia sibi correspondens tenent se ex parte quidditatis formabilis; iste vero est actus quidditatis jam formatae seu actus existentiae. Similiter, non solum individua quatenus ex diversa materiae dispositione diversificantur, sed <sup>nec</sup> dictae species naturales esse habentes in concretionem ad materiam a qua ordinis ~~principium~~ sumunt principium, sufficienter possunt a cognitione quae tantum esset in universali attingi: nam ipsarum sola forma non est quidditas, nec potest habere esse quidditatis nisi in concretionem ad materiam quae in concretionem ~~est~~ ista graduum principium est in speciebus naturae. Definibilium vero specierum ordinis principium est ~~finis~~ omnium naturalium formarum finis, scil. anima humana, quae quatenus immaterialis ~~est~~ ordinata est, non a materia sicut dictae species, sed a primo agente, ut in speciebus immaterialibus ~~est~~ locum teneat infimum. De quo videri potest D. Thomas, Q. de Anima, a. 7.

20. Est autem valde notandum quod ista quidditatis formatio nihil addit in linea intelligibilitatis absolutae, quod esset defectum ponere in scientia simplicis intelligentiae. Quod enim additur, ~~est~~ quantum ad hoc extra genus notitiae invenitur. Scitur enim elephantem esse formabilem, seu scitur ut formabilis, non ut formatus; sicut scitur talem distantiam in aliquo continuo esse determinabilem, non autem determinatam sine praesupposita determinabilitate atque determinatione. In quo summa differentia est a modo quo scitur numerus duo vel quo species aliqua substantiae separatae quae simpliciter formata sunt quantum ad quidditatem attinet absolute, sicut et homo quatenus animal rationale, et ~~planta~~ planta quatenus vivens vita vegetativa, etc. In his vero ultimis non attinguntur ultimae differentiae specificae ut formatae sed ut formabiles, ~~et~~ individua ut formabilia tali cum vel tali nasu sedisque incurvatione. Unde sicut materia prima nullam habet cognoscibilitatem secundum seipsam et in statu privationis formarum sine respectu seu ordine ad formas, nisi extrahatur ab illo statu et consideretur sub ordine ad formam ut dicamus materiam cognoscibilem quatenus formabilem informabilem, ita nec elephas cognoscibilis est nisi quatenus formabilis (et loquimur nunc non de elephante quatenus brutum, sed quatenus ~~proboscideorum~~ species, celsâ ut colliis staturâ, pedibus valente ut columnis, rostro quasi nasu manu, motu movens oleoso, ~~et~~ quidditas).

21. Ipsa vero formatio seu taxatio qua res naturales excogitantur practica est. Et ideo ut cognoscatur universus a sapientia divina excogitatus, ~~excogetur~~ necesse est ut intellectus creatus cognitionem recipiat a specie rerum factiva, vel ~~excogetur cognitionem sensum~~ ab experientia sensuum.

22. Ex quibus patet quod naturalis philosophus, quantum magis accedit ad res in concretionem ad materiam et ad maiorem determinationem, eo magis appropinquatur ad scientiam Dei visionis quae est quasi limes dialecticus naturalis philosophiae processus. Metaphysicus vero magis magisque accedit ad scientiam simplicis intelligentiae

23. Solutio ergo difficultatis supra traditae videtur esse in hoc quod philosophia naturalis secundum processum concretionis est de his quae quantum ad ipsam quidditatem seu quarum forma non est nisi in concretionem ad materiam, dependentiam habent a divino artifice quatenus artifex est. Ex quo tamen <sup>sequitur</sup> quod ~~philosophia~~ doctrina naturalis ~~excogetur~~ secundum se practica sit. Sed dicitur practica ratione objecti quatenus hoc objectum formatum est ~~excogetur~~ ab arte divina practica. Ut simus nos comparabiles insipientibus picturam alicujus artistae: primi insipientes habent cognitionem speculativam, iste vero practicam.

1  
Prima

et alia hujusmodi quae cum aetiori determinatione et  
determinatione concretionem in circo contemplantur)

~~et alia hujusmodi quae cum aetiori determinatione et~~  
~~determinatione concretionem in circo contemplantur)~~  
seu quasi sub ratione formabilitatis, quae  
tamen non dicunt 'formatum esse'. Igitur, ratione  
istius formabilitatis ~~cognoscibilis~~ est. Substantia vero  
separata aliqua habet "cognoscibilem esse" practice  
quantum ad substantiam secundum se et absolute; non  
vero quantum ad species omnes ejus intelligibiles,  
quae ut supra dictum est non sunt propria. Et dico  
~~cognoscibilis~~ esse, non autem 'cognitam practice'

21. Ipsa vero formatio seu taxatio qua res naturales  
secundum species excogitantur distinctas et a materia  
principio ordinatas practica est. Istius ergo  
excogitationis materia non est sicut solum sicut numeri  
quos inter quidam seliguntur ut sint, ut quibusdam sub  
quodamque respectu contingit, sed est etiam sicut materia  
ex qua figuratur aliquid figuram ~~cognoscibilis~~ arte constructam.  
Et ideo, ut cognoscatur universus iste a divina sapientia  
excogitatus, necesse est ~~in~~ intellectum creatum  
cognitionem accipere, sive ~~ex parte~~ ab artificis rerum  
specie factiva, sive ab ipso opere artis secundum  
experientiam sensuum ut in nobis contingit.

22. Ex quibus patet quod naturalis philosophus, ~~quantum~~  
magis accedit ad res quatenus sunt in concretionem ad  
materiam seu a quo magis ab universalibus ad minus  
universalis procedit, eo magis appropinquatur ad scientiam  
Dei visionis quantum ad hoc quod divina taxatione subest  
istae scientiae proprie subest. Sub hoc ergo respectu,  
scientia Dei visionis est quasi limes dialecticus  
~~philosophiae~~ naturalis philosophiae processus.  
~~Metaphysica~~ Quantum vero metaphysicus ad universa-  
liora et a materia separata procedit, tantum appropinquat  
ad proprie divina et ad scientiam simplicis intelligentiae

23. Solutio ergo difficultatis supra traditae p.17,n.4,  
de philosophia naturali ut scientiis opposita speculativa  
in hoc esse videtur quod naturalis philosophia secundum  
processum suum concretionis magis magisque in his, quae  
quantum ad ipsam quidditatem specificam et individualement  
a divino artifice et ut artifice dependent, involvitur.  
Ex quo tamen non sequitur doctrinam naturalem secundum se  
practicam esse. Dicitur vero practica ratione objecti  
quatenus hoc objectum formatum est ab arte divina. Ut  
simus nos comparabiles picturam alicujus artistae  
inspicientibus: isti cognitionem habent speculativam,  
~~namque~~ ille vero practica. Unde scientia nostra de  
rebus naturalibus quae a nobis scientibus operabiles  
non sunt, speculativa est tantum.

*Sub hoc tamen respectu*

Quando vero scientiis opponitur speculativis, hoc fieri potest propter duo: (a) vel quia deficit in ratione scientiae speculativae, (b) vel quia esset practica. Et primum iterum dupliciter contingere potest: (i) sive quia finis ut est principium actionis non habet necessitatem, unde demonstratio ex fine procedit usque ad aliquem terminum, non autem usque ad esse finis; ~~iste vero defectus~~ non est scientiae speculativae intrinsecus, sed rationem habet ~~rem~~ ipsam rem, et ideo ~~maxime~~ potius dicendum est quod res non attingunt ad esse perfecte speculabile. Remanet autem scientia nostra rerum naturalium imperfecta, quia non habemus nos illud quo res secundum proprias naturas attingere possimus, cum tamen Deus omnes cognoscat speculative ut formabiles, sed oporteret nobis habere scientiam Dei practicam, quod si per impossibile esset, haberemus etiam speculativam. Et in hoc patet defectus scientiae nostrae naturali proprius, et quidem omni intellectui creato: nobis enim impossibile est res naturales secundum propria ~~specifica~~ attingere ut formabiles nisi cum dependentia ab ipsa formatione exacta, ut etiam quantum ad formabilitatem occulta remaneant quae a scientia Dei practica formata non sunt. Et sic scientia nostra rerum naturalium speculativa a ~~divina~~ scientia divina practica ~~dependet~~ peculiari modo dependet, ut per formationem practicam ad formabilitatem attingamus, quod non contingit ~~innumeris~~ ~~physicis~~ demonstrantur in numeris. Et si dicatur quod elephas non potest demonstrari, respondetur ipsum elephantem non esse demonstrabilem sed ipsum esse principium demonstrationis circa ea fere quae oportet fuisse ut elephas esse possit. (ii) Vel potest dici deficere a scientia speculativa quatenus circa propriam materiam et ipsarum rerum ratione ~~oportet~~ ~~naturali~~ necesse est ut scientia nostra naturalis quasi extension fiat dialectica.

Cursus iste ut jam dissimus triplicem habet partem.

- In prima tractatum est de distinctione rerum in communi, ubi vidimus Sapientiam divinam esse principium ordinis totius universi.
- In secunda parte tractatum est de ordinibus particularibus universi, ubi statuimus universum nostrum rerum gener. et corrupt. esse infimam partem totius creationis.
- In tertia parte incipimus tractare de ~~natura particulari nostro universi~~ universo nostro particulari secundum duplicem statum: Motus et termini.

Secundum statum motus valde diversus esse potest ~~namque~~ ~~terminum a deo intentum~~ ~~diu~~. Nam, propter imperfectionem suam, universus potest diversimodo taxari potest etiam quantum ad naturalia, ut formabilis sit sec. motus, non solum ~~ex~~ respectu ordinis supernaturalis, sed etiam respectu naturalium. Ex ideo taxandae sunt res naturales etiam ad naturales. Ex secundum Loc, etiam natura secundum se habet quandam determinabilitatem respectu naturae a deo taxatae.

Nam, nec individua, nec species naturales quibus universus <sup>potest</sup> constitui, non sunt de intrinseca ratione ejus. Potuisset enim in aliis individuis vel speciebus salvari. Individua enim et species naturales ~~non~~ habent quandam infinitatem et impossibilitatem.

Præterea, ipsa natura secundum se non intendit tale individuum, nec talem speciem plantae, nisi per accidens. Ordo tamen hujus universi non est per accidens simpliciter, sed per se a deo intentus.

Ex ideo res naturales indigent a deo taxari ut possint consequi ~~ita~~ finem a deo intentum. Quia taxatio ista quae rebus inest quatenus subsunt deo primae causae, nihil est aliud quam rationes seminales.

~~Actus hujus taxationis~~

Quidam dicitur natura triplici

Et in hoc differt mundus noster ab universo spiritualium  
creaturarum, ubi individua sunt species, et species sumuntur  
a sola forma.

~~Expositionem~~ In notitia vero universo, ~~individua dependentiam~~  
~~habent a materia~~ tam individua quam species dependentiam  
habent a materia. Et dico etiam quantum ad species,  
intelligendo species naturales ut sunt musca et elephas  
ut videmus Q. de An., art. 7, C. [396-7]

Quod non est intelligendum quod musca et elephas non  
differant nisi secundum materiam, et non secundum formam.  
Differunt sec. formam, sed primum principium hujus differentiae  
non est forma secundum se, ut contingit in differenda brati  
et hominis, sed materia.

Unde forasatio illa tangit tam materiam quam formam quam  
materiam, primo tamen materiam quantum propter formam.  
Et ideo potentialiter materiae est quasi radix istius particularis  
formabilitatis nostra universa propriae.

Hujus questionis momentum in hoc consistit quod universus noster  
materialis potest etiam secundum naturas ~~seco~~ formari  
ad imaginem alicujus originalis a Deo electi.

Postquam tractatum est de ista formabilitate naturali,  
tractandum erit de formabilitate ~~verum quantum ad gratiam,~~  
~~sec. quantum ad formam~~ innata formabilitate rerum  
quantum ad gratiam seu de imagine creationis.

<sup>habetur</sup> Deinde tractandum erit de universo nostro in ista terminum.  
Et post hoc incipiet secunda pars hujus tertiae partis  
de universo nostro secundum quod in finem supernaturalem  
ordinatur: primo quantum ad formationem, secundo quantum  
ad statum terminum.

Circa formationem ~~de creatione~~ tractandum erit  
de genesi secundum St. Augustinum.

Deinde comparabuntur duplex ordo rerum, scil. naturae  
et gratiae. Et in hac ultima parte ~~Andeleius~~ quod



tertia divisionis

In prima parte determinatum est de mundo rerum corruptibilium  
secundum se, distinguendo duplicem statum: motus, et  
termini. Sed status ~~ipsi~~ motus valde diversi esse possunt  
secundum ~~ipsam~~ terminum a Deo intentum. Qui enim noster  
universus propter imperf. suam (ultimo ratione materiae)  
diversimode taxari potest etiam quantum ad naturalia,  
ad formalis <sup>sec. seors</sup> est non solum respectu ordinis supernaturalis,  
sed ~~etiam~~ etiam respectu naturalium. Et ideo taxandae  
sunt res naturales etiam ut naturales. Et sec. hoc, etiam  
natura <sup>sec. se</sup> habet quamdam obedientiam respectu naturae  
a Deo taxatae.

Quomo mot., ut hinc.  
ordinis, sec. se non  
determinatur.

Post hoc, determinandum erit de formalitate universi  
respectu elevationis ad ordinem supernaturalem ratione imaginis  
creationis quae inest intellectui humano.

Deinde determinandum erit de statu termini qui convenit  
naturalibus et naturalibus.

In secunda parte tertiae divisionis tractandum erit de mundo rer. corr.  
sec. quod de facto in finem superm. ordinatur.  
Et in hac secunda parte videbimus duplicem ordinem rerum.  
Primus est qui convenit sec. naturam, et de eo sufficienter  
determinatum est in prima parte, ubi vidimus quod et  
universus noster particularis infimum locum tenet in tota  
creatione. Et homo inter omnes creaturas intell. ultimam  
infimum locum tenet, ut status ejus naturalis sit humilimus.  
Secundus est ordo qui convenit rebus sec. elevationem ad  
vitam supernaturalem. Et sec. hunc ordinem, intellectus  
creatus humilimus supra angelicum elevatur.  
Et principium hujus considerationis erit manifestatio Dei  
ad extra. Illud autem quo Deus maxime manifestatur  
ad extra ut Deus est, seu ut Superior est, misericordia dicitur,  
ut videri potest I, 21, ad. 34; II, 11, 30, a. 4, c.

Circa hoc considerandum non est quod deus multipliciter seipsum  
potest manifestare ad gratia:

miseriordia:

q. 4, ad 4.

→ Primo intellectum creando in statu naturae tr.

→ Secundo et profundius, intellectum creatum elevando ad vit. supernaturalem.

Hoc autem fieri potest immediate, et sine alia conditione:  
et sic in intellectu elevato ad gratia manifestaretur.

Tertio ipsum creaturam uniendo unione hypostatica. Haec autem  
multipliciter fieri potest:

- assumendo naturam angelicam, ut patet III<sup>a</sup>, q. 4, a. 1, ad 3.
- " " humanam; ~~et ut angelicam, t. e. sine~~  
~~ullo praesupposito.~~

~~humanam~~

Hoc dupliciter: vel immediate et sine ullo praesupposito,  
ut naturam angelicam: ut si deus  
creaturam immediate formaret naturam  
assumendam.

vel nascendo vel ex homine ut  
filius. Et ista communicatio profunda  
et quia misericordior; et misericordior  
quia magis effectus defectum.

Et de facto hoc ipsum decrevit, scil. nasci ex muliere. Hoc ergo  
~~scilicet~~ fieri non potest nisi ratione materiae et privationis.  
Et ad hoc ~~non~~ res imperfectae majorem habent elevabilitatem,  
quam perfectiores.

Et nota, quod haec nativitate perfectissime imitatur  
ipse vita dei propria, scil. processiones: nam ex hac  
nativitate Filius dupliciter nascitur: scil. intra deum,  
et intra ipsum mundum: ex ore altissimi, et ex  
ea quam fecit: ut de Maria dicitur: "genuisti qui te fecit";  
et sic terra germinat salutem.

Et hinc sequitur quod sit quaedam sapientia creata quae  
dicitur sapientia sec. substantiam: Sap. enim dicitur  
primum principium et originationem. Sap. autem ~~non~~  
quae dicitur non est ut finalitas sed secundum substantiam

3<sup>ae</sup> distinctio  
1<sup>ae</sup> m. vel  
2<sup>ae</sup> m. vel  
3<sup>ae</sup> m. vel

intelligens naturaliter  
intellectus

debet esse principium sec. esse et secundum intellectum.

Mater autem Dei haec habet: 30 substantia ejus nascitur Filius; et 30 intellectus ejus dixit: "Fiat mihi....".

Non tamen est absolute Sap., sed sapientia quia quem genuit est deum, et quia sponsa est et deus: et plura filia est patris, sponsa Spiritus Sancti, et mater filii.

Nihilominus, ex hoc dici potest sapientia creata, et non est pura creatura sapientissima.

- Sed potest deus adhuc propendius manifestari sec. misericordiam: scil. naturam humanam assumendo cum parvitate.

Et hoc fecit. Ex hinc dicitur "felix peccatum".

Et ex hoc sequitur summa manifestatio misericordiae:

Et ex hoc sequitur summa manifestatio misericordiae: nam ex hoc assumit deus misericordiam alienam ut suam.

ad Philippenses  
C. II, 6-9.

Hujus autem misericordiae principium est illud a quo accepit naturam humanam ut sua parvitate. Et ideo, B. Virgo radicaliter dicitur mater misericordiae:

Et sic consummatur finis totius creationis: unde primum principium totius creationis est Christus cum matre sua quae unum quoddam inseparabile constitunt.

Ex hoc habent quod sint in hoc mundo principium et origo. Ergo omnia imitantur hoc: ut sint quasi exemplar.